

# Epiphany House Blessing

January 9, 2024

V. Pax huic dómui.

R. Et ómnibus habitántibus in ea.

VIII

**A**


B O-ri- énte \* vené-runt Ma-gi in Bétlehem

ado-rá-re Dóminum: et apértis thesáuris su-is, pre-ti-


ó-sa múne-ra obtu-lé-runt: aurum, sic-ut Re-gi ma-

gno: thus, sic-ut De-o ve-ro: myrrham sepultúrae e-jus,

alle-lú-ia.




Magní-fi- cat \* á-nima *me-a* **Dó**minum. 2. Et exsultá-vit



spí-ri-tus **me-** us \* in De-o sa-lu-tá-ri **me-** o.

3. Quia respéxit humilitátem ancillæ **suæ**: \* ecce enim ex hoc beátam me dicent omnes *generatiónes*.
4. Quia fecit mihi magna qui **potens** est: \* et sanctum *nomen* ejus.
5. Et misericórdia ejus a progénie in progénies \* *timéntibus* eum.
6. Fecit poténtiam in bráchio **suo**: \* dispérsit supérbos mente *cordis sui*.
7. Depósuit poténtes de **sede**, \* et exaltávit **húmiles**.
8. Esuriéntes implévit **bonis**: \* et dívites dimísit *inánés*.
9. Suscépit Israél púerum **suum**, \* recordátus misericórdiæ **suæ**.
10. Sicut locútus est ad patres **nostros**, \* Abraham et sémini *ejus in sæcula*.
11. Glória Patri, et **Fílio**, \* et **Spirítui Sancto**.
12. Sicut erat in princípio, et nunc, et **semper**, \* et in *sæcula sæculórum*. Amen.



AB O-ri- énte \* vené-runt Ma- gi in Béthlehem ado-rá-



re **Dó**minum: et apértis thesáuris su- is, pre-ti- ó-sa

múne-ra obtu-lé-runt: aurum, sic-ut Re-gi magno:  
 thus, sic-ut De-o ve-ro: myrrham sepultúrae e-jus, alle-

lú-ia.

Pater Noster *secreto usque ad*:

V. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

R. Sed líbera nos a malo.

V. Omnes de Saba vénient.

R. Aurum et thus deferéntes.

V. Dómine exáudi oratiónem meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobíscum.


R. Et cum spírítu tuo.

Orémus.

Deus, qui hodiérna die Unigénitum tuum géntibus stella duce revelásti, concéde propítius, ut, qui jam te ex fide cognóvimus, usque ad contemplándam spéciem tuæ celsitúdinis perducá-mur. Per eúndem Dóminum nostrum Jesum Christum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spírítu Sancti Deus per ómnia saécula saeculórum.

R. Amen.

**I** L-lumi-ná- re, \* il-lumi-ná- re, Je-rú-



sa-lem, qui-a ve-nit lux tu-a: \* Et  
gló-ri-a Dó-mi-ni super te  
orta est. ¶. Et ambu-labunt gen-  
tes in lú-mi-ne tu-o et reges in splendó-re or-  
tus tu-i. \* Et gló-ri-a Dó-mi-ni super  
te orta est.

Orémus.

Bene~~X~~dic, Dómine, Deus omnípotens, domum istam: ut sit in ea sánitas, cástitas, victóriæ virtus, humílitas, bónitas et mansuetúdo, plenítudo legis et gratiárum áctio Deo Patri, et Fílio, et Spíritui Sancto; et hæc benedíctio máneat super hanc domum, et super habitántes in ea. Per Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.